



16

Batikano II-garren
Batzarra'ren
agiriak

jaungoikoaren
agerpena

**JAUNGOIKOAREN
AGERPENA**

**S. Anton'go Katekesia
Euskal-argitalpenak**

NIHIL OBSTAT
Dr. Antonio Zaldúa Uriarte
CENSOR ECCO.

IMPRIMATUR:
Pablo, Obispo de Bilbao
Bilbao, 17 de Agosto de 1966

AGERTUTAKO IDAZTIAK:

1. Phedro'ren Alegiak I
2. Martial'en Ziri-Bertsoak I
3. Phedro'ren Alegiak II
4. Fatima'ko Ama Birjiña ta Umeak
5. Euskal Iztegi Laburra (A)
6. Esopo'ren Alegiak I
7. Agustin Deunaren Eskutitzak I
8. Gurutz-Bidea
9. Phedro'ren Alegiak III
10. Batikano II Batzar-Agiriak (Eleiza ta kristau ez diran beste erlijioak)
11. Perrault'en Ipuiñak (2-garren argitalpena irarteko)
12. Batikano II Batzar-Agiriak (Gizarte artu-emonetako bideak)
13. Apuntes de Vascuence (Segundo Curso)
14. Lope de Vega - Bakar-Autuak
15. Liturji - Goratzarreak
16. Jaungoikoaren Agerpena (Batikano-agiriak)

Itzulpen-billabideak
Etxebarria'tar Juan Anjel'ek

PAULUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Una Cum Sacrosancti Concilii Patribus

Ad Perpetuam Rei Memoriam

**CONSTITUTIO DOGMATICA DE DIVINA
REVELATIONE**

Prooemium

1. DEI VERBUM religiose audiens et fidenter proclamans, Sacrosancta Synodus verbis S. Ioannis obsequitur dicentis: «Annuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem et apparuit nobis: quod vidimus et audivimus annuntiamus vobis, ut et vos societatem habeatis nobiscum, et societas nostra sit cum Patre et cum Filio eius Iesu Christo» (1 Io., 1, 2-3). Propterea, Conciliorum Tridentini et Vaticani I inhaerens vestigiis, genuinam de divina revelatione ac de eius transmissione doctrinam

Batzar Donearen Gurasoakaz Batera

Betiko Gomutagarritzat

Jaungoikoaren Otseiñen Otsein

PAUL GOTZAIÑA'K

JAUNGOIKOAREN AGERPENAZKO

SINISTU-BEARREKO IDAZKIA

Sarrera

1. Batzar Doneak, Jainkoaren itza leialki entzun ta zintzoki azalduz, arako Jon Deunaren itzak beretzakotzat artzen ditu: «Aitagán egoan ta guri agertu yakun bizitza betikoa iragartzen dautsuegu: ikusi ta entzun doguna dakargu zuentzat, zeuok ere gugaz batera zaitezen ta batasun au Aitagaz eta bere Seme Jesukristo'gaz izan daiten» (1, Jo., 1, 2-3). Ori dala-ta, Trento'ko ta Baticano'ko lenengo Batzarren urratsai jarraiturik, Jainko-agerpenazko ta beraren zabalkundeazko irakatsi jatorra

proponere intendit, ut salutis praeconio mundus universus audiendo credat, credendo speret, sperando amet.

Caput I

DE IPSA REVELATIONE

2. Placuit Deo in sua bonitate et sapientia seipsum revelare et notum facere sacramentum voluntatis suae (cf. Eph., 1, 9); quo homines per Christum, Verbum carnem factum, in Spiritu Sancto accessum habent ad Patrem et divinae naturae consortes efficiuntur (cf. Eph., 2, 18; 2 Petr., 1, 4). Hac itaque revelatione Deus invisibilis (cf. Col., 1, 15; 1 Tim., 1, 17) ex abundantia caritatis suae homines tamquam amicos alloquitur (cf. Ex., 33, 11; Io., 15, 4-15) et cum eis conversatur (cf. Bar., 3, 38), ut eos ad societatem secum invitet in eamque suscipiat. Haec revelationis oeconomia fit gestis verbisque intrinsece inter se connexis, ita ut opera, in historia salutis a Deo patrata, doctrinam et res verbis significatas manifestent ac corroborent, verba autem opera proclament et mysterium in eis contentum elucident. Intima autem per hanc revelationem tam de Deo quam de hominis salute veritas nobis in Christo illucescit, qui mediator simul et plenitudo totius revelationis existit.

emon nai dau. Era orretara, mundu guztiak gaizkakunde-iragarpena entzun ta siñistu dagian. Siñistu ta itxaron, itxaron ta maita dagian (1).

LENENGO ATZALBURUA

Agerpenaz beraz

2. Jainko on ta jakintsuak bere izatea bera agertzea ta bere borondate-ekzikutukia guri erakustea erabagi eban (cf. Epesokoei, 1, 9) Berari eskerrak, Kristo aragi egindako Itzaren bidez, gizonak Goteunagan Aitagana jo daiek ta jainkozko izatearen kide egiten dira (cf. Epesokoei, 2, 18; 2 Keparena, 1, 4). Agerpen onegaz Jaungoiko ikusieziñak (cf. Kol. 1, 15; 1 Tim. 1, 17) bere maitasun andiz gizonai adizkideai bezela itz egiten dautse (cf. Ex. 33, 11; Jo. 15, 4-15) ta eurokaz bizi da (cf. Bar. 3, 38) Beragaz bat egiteko dei egiñaz. Agerpen-asmoneik, euren artean lotuta dagozan kiñu ta itzekin betetzen dira. Gaizkakunde-arazoan, Jainkoaren egiñenak, irakaspenak eta itzokaz erakutsiriko egipenak erakutsi ta sendetsi egiten dabez. Itzak, aldiz, ekintzak azaldu ta eurotan datzan ekzikutukia argitu egiten dabe. Jainkoagazko ta gizonen gaizkakundeazko barru-barruko egia, oster, Kristogan ipinten yaku agiri agirian, agerpen onen bidez. Bera bai'a batean bitarteko ta agerpen guztiaren osotasuna (2).

(1) Agustín Deuna De catechizandis rudibus, c. IV, 8: PL 40, 316.

(2) Begira: Mat., 11, 27; Jn., 1, 14 ta 17; 14, 6; 17, 1-3; 2 Kor., 3, 16; 4, 6; Epesokoei, 1, 3-14.

3. Deus, per Verbum omnia creans (cf. Io., 1, 3) et conservans, in rebus creatis perenne sui testimonium hominibus praebet (cf. Rom., 1, 19-20), et viam salutis supernae aperire intendens, insuper protoparentibus inde ab initio semetipsum manifestavit. Post eorum autem lapsum eos, redemptione promissa, in spem salutis erexit (cf. Gen., 3, 15), et sine intermissione generis humani curam egit, ut omnibus qui secundum patientiam boni operis salutem quaerunt, vitam aeternam daret (cf. Rom., 2, 6-7). Suo autem tempore Abraham vocavit, ut faceret eum in gentem magnam (cf. Gén., 12,2), quam post Patriarchas per Moysen et Prophetas erudivit ad se solum Deum vivum et verum, providum Patrem et iudicem iustum agnoscendum, et ad promissum Salvatorem expectandum atque ita per saecula viam Evangelio praeparavit.

4. Postquam vero multifariam multisque modis Deus locutus est in Prophetis, «novissime diebus istis locutus est nobis in Filio» (Hebr., 1, 1-2). Misit enim Filium suum, aeternum scilicet Verbum, qui omnes homines illuminat, ut inter homines habitaret iisque intima Dei enarraret (cf. Io., 1, 1-18). Iesus Christus ergo, Verbum caro factum, «homo ad homines» missus, «verba Dei loquitur» (Io., 3, 34), et opus salutare consummat quod dedit ei Pater faciendum (cf. Io., 5, 36; 17, 4). Quapropter Ipse,

3. Itzaren bidez dana irazanez eta danari eutsiz (cf. Jo., 1, 39) Jainkoak beratzazko agergarri betikoa emoten dautse gizonai irazakietan (cf. Erromakoei, 1, 19-20) ta goitikako gaizkakunde-bidea urratu naiez, asikeran bertan gure lenego gurasoai eurai agertu yaken. Euren obenaren ondoan, barriz, Birrerospena aginduz salbazio-ustetan ipiini zituan (cf. Asiera, 3, 15). Arrezkero gizardar aradura artu dau berak, eten barik, egintza on etengabeen bidez gaizkakundea billatzen daberen guztiai bizitza betikoa emoteko. (cf. Erromakoei, 2, 6-7) Bere garaian, Abraan i dei egin eutson erri andi baten buruzagi egiteko (cf. Asiera, 12, 2) Erri a, gero, Aita-len, Mois eta Igarleen bidez eskolatu eban, Bera egiazko Jainko bizi bakarra, Aita arduratsu ta epaille zuzentzat artu ta agindutako Salbagillearen itzaropena euki egian. Era orretan, gizaldietan zear, Barri Ona'ri bidea atondu eutson.

4. Askotan eta era askotara Igarleen agoz itz egin da gero, «azkenik, gure egunokaz, bere Semearen agoz itz egin dausku» (Ebertarrai, 1, 1-2) Bere Semea, betiko ir'z, alegia, gizon guztien argitzaillea, bialdu euskun, gizonen artean bizi ta euroi Jainkoaren ezkutuak adierazteko (cf. Jo., 1, 1-18) Olan, aragi artutako Itza dan Jesukristo'k «gizonai bialdutako gizona lezkoak» (3) «Jainko-itzak esaten ditu» (Jo., 3, 34) ta Aitak emoniko gaizkakunde

(3) Epist. ad Diognetum, c. VII, 4: Funk, Patres Apostolici, I, p. 403.

quem qui videt, videt et Patrem (cf. Io., 14, 9), tota sui ipsius praesentia ac manifestatione verbis et operibus, signis et miraculis, praesertim autem morte sua et gloriosa ex mortuis resurrectione, misso tandem Spiritu veritatis, revelationem complendo perficit ac testimonio divino confirmat, Deum nempe nobiscum esse ad nos ex peccati mortisque tenebris liberandos et in aeternam vitam resuscitandos.

Oeconomia ergo christiana, utpote foedus novum et definitivum, numquam praeteribit, et nulla iam nova revelatio publica expectanda est ante gloriosam manifestationem Domini nostri Iesu Christi (cf. 1 Tim., 6, 14 et Tit., 2, 13).

5. Deo revelanti praestanda est «oboeditio fidei» (Rom., 16, 26; cf. Rom., 1, 5; 2 Cor., 10, 5-6), qua homo se totum libere Deo committit «plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis obsequium» praestando et voluntarie revelationi ab Eo datae assentiendo. Quae fides ut praebeatur, opus est praeviente et adiuvante gratia Dei et internis Spiritus Sancti auxiliis, qui cor moveat et in Deum convertat, mentis oculos aperiat, et det «omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati». Quo vero profundior usque evadat revelationis intelligentia, idem Spiritus Sanctus fidem iugiter per dona sua perficit.

arazoa burutzen diardu (cf. Jo., 5, 36; 17, 4) Beraz Berak, inork Bera ikusten ba'dau, Aita be dakus (cf. Jo., 14, 9) bere aurre-egotez eta agertzeaz, itzez eta ekintzaz, ezaugarri ta mirariekin, ta batez be bere eriotza ta ille aritiko berpiztearekin, ta azkenik Egi-Gogoa bialduaz, agerpen a bete ta osotu egiten dau, jainkozko aitorrez auxe sendotuaz: Jainkoa gugaz dagoala, pekatu ta erioztaren illunpetik gu ataratearren ta betiko bizitzara gu erotearren.

Kristautasunarekiko egiñenak, beraz, itun barri ta betikoa da-ta, beti ere dirauke ta Jesukristo gure Jaunaren agertze aintzagarriaren aurretik, ez da inungo agerpen agirikoaren ustetan egon bear (cf. 1 Tim., 6, 14 ta Tit., 2, 13).

5. Jainkoak itz dagianean «siñismenezko menpetasuna» zor yako (cf. Erromakoei, 16, 26; Erromakoei, 1, 5; 2 Kor., 10, 5-6) Beronen bidez gizona oso-osorik Jaungoikoari emoten yako, «Jainko agertzaillearen aurrean adimen ta naimenaren eskeintza guztizkoa» egiñaz (4) eta Berak egin agerpenari gogotik baietza emonaz. Olako siñismena eukiteko, Jainkoaren aurrezko ta aldezko eskerra bear da, baita Goteunaren barneko laguntza be, Berak biotzari eragin ta Jaungoikoagana eroan dagian, adimen-begiak zabaldu ta «guztioi egia onartu ta siñistuteko gozotasuna» emon dagioen. Agerpena alik eta sakonen

(4) Batikano I Batzarra: Constitutio dogmatica de fide catholica, cap. 3 «de fide»: DENZ, 1789 (3.008).

6. Divina revelatione Deus seipsum atque aeterna voluntatis suae decreta circa hominum salutem manifestare ac communicare voluit, «ad participanda scilicet bona divina, quae humanae mentis intelligentiam omnino superant».

Confitetur Sacra Synodus, «Deum, rerum omnium principium et finem, naturali humanae rationis lumine c rebus creatis certo cognosci posse» (cf. Rom., 1, 20); eius vero revelationi tribuendum esse docet, «ut ea, quae in rebus divinis humanae rationi per se impervia non sunt, in praesenti quoque generis humani conditione ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint».

Caput II

DE DIVINAE REVELATIONIS TRANSMISSIONE

7. Quae Deus ad salutem cunctarum gentium revelaverat, eadem benignissime disposuit ut in aevum integra permanerent omnibusque generationibus transmitterentur. Ideo Christus Dominus, in quo summi Dei tota revelatio consummatur (cf. 2 Cor., 1, 30; 3, 16-4, 6), mandatum dedit Apostolis ut Evangelium, quod promissum ante per

ulertzeko, Goteunak berak sendotzen dau gelditu barik siñismena bere doaien bidez (5).

6. Jainkozko agerpenagaz, Jainkoak bere burua ta gizonen gaizkakundearekiko bere betiko naimenaren erabagiak azaldu ta agiriko egitea gura izan dau, «giza-adi-menaren almenaz gainetikiko Jainkoaren ondasunen barri emoteko» (6).

Batzar Doneak auxe darabagi: «Jainkoa, gauza guztien asiera ta elburua, giza-adimenaren izatezko argiagaz eza-gutu leiteke, ziurtasunez, irazakietan oiñarria arturik.» (cf. Erromakoei, 1, 20); alan be, Aren agerpenari auxe egotzi bear yako. «Jainkoarekiko gauzetan, eurenz giza-adimenantzat ulertu-eziñak ez diranak, guzti-guztiak ezagutu leikiez erreztu, ziurtasun osoz eta bat ere okerrik bare. oraingo gure giza-Egokeran ere» (7).

BIGARREN ATZALBURUA

Jaungoiko-agerpenaren emateaz

7. Gizakiak oro salbatzeko Jaungoikoak agertu zituenak, betiko oso-osorik eta gizaldi guztiai jarraian emotea erabagi eban. Orregaitik, Jainko gorengoaren agerpena beragan betetzen da-ta, Kristo gure Jaunak (cf. 2 Kor., 1, 30; 3, 16-4,6) agindu au emon eutsen bere bidaliai: Ien Igarleak agindutako ta Berberak bete ta bere agoz azaldu-

(5) ARAUS. BATZARRA: II, kan. 7: DENZ, 180 (377). BATIKANO LENENGO BATZARRA: I. c.: DENZ, 1791 (3.010).

(6) BATIKANO I BATZARRA: Constit. dogmatica de fide catholica, cap. 2: DENZ, 1786 (3.005).

(7) Ibidem: DENZ, 1785 ta 1786 (3.004 ta 3.005).

Prophetas Ipse adimplevit et proprio ore promulgavit, tamquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinae omnibus praedicarent, eis dona divina communicantes. Quod quidem fideliter factum est, tum ab Apostolis, qui in praedicatione orali, exemplis et institutionibus ea tradiderunt quae sive ex ore, conversatione et operibus Christi acceperant, sive a Spiritu Sancto suggerente didicerant, tum ab illis Apostolis virisque apostolicis, qui, sub inspiratione eiusdem Spiritus Sancti, nuntium salutis scriptis mandaverunt.

Ut autem Evangelium integrum et vivum iugiter in Ecclesia servaretur, Apostoli successores reliquerunt Episcopos, ipsis «suum ipsorum locum magisterii tradentes». Haec igitur Sacra Traditio et Sacra utriusque Testamenti Scriptura veluti speculum sunt in quo Ecclesia in terris peregrinans contemplatur Deum, a quo omnia accipit, usquedum ad Eum videndum facie ad faciem sicuti est perducatur (cf. 1 Io., 3, 2).

8. Itaque praedicatio apostolica, quae in inspiratis libris speciali modo exprimitur, continua successione usque ad consummationem temporum conservari debebat. Unde Apostoli, tradentes quod et ipsi acceperunt, fideles monent ut teneant traditiones quas sive per sermonem sive

tako Barrio Ona, gaizkakunde egi ororen iturritzat eta ekandu-arautzat guztiai irgarri egioela, Jainkoagandiko doaiak emonaz (1) Auxe guztia zintzoki bete eben; alde batetik, Bidaliak: euren aozko irakaspenetan, adibidez eta eginpidez, naiz Kristo'ren agotik, izketaldietatik eta egi-penetatik jaso eben guzti-guztia, naiz Goteunaren argiz ikasi eben guzti-guztia zabaldu eben; bestetik, Bidaliak eta Bidalien ondorengo gizon areik: Goteum beraren argiz gaizkakunde-mezua idazkiz emon euskuen-eta (2).

Barri Ona oso-osorik eta bizirik Eleizan beti gorde zedin, Bidaliak euren ondorengotzat Gotzainak itxi zitu-
en, «euren irakatsi-bearra euroi emonaz» (3) Ori dalata, Antxiñate Done au ta Itun bietako Idazti Deunak, ispillu baten antzekoak dira. Bertan ikusten dau Jaungoikoa Eleizak, lurreon dabillen bitartean, Argandik jaso dau guztia, dan bezelaxe arpegiz arpegi ikustera eltzen dan bitartean. (cf. 1 Jo., 3, 2)

8. Bidalien irakatsiak, goitikako argiz egindako idazkietan bereziki dagozanak, aldien azkeneraino gorde-bearra zan, etengabeko jarraipenez. Orregaitik, Bidaliak, eurak jaso eben dan-dana urrengoai emonaz, itzez nai eskutitzez artu dabezan antxiñako irakaspenak gordetzeko aolkatzen dabez siñistedunak. (cf. 2 Tesal., 2, 15) Baita

(1) Begira: Mat. 28, 19-20; Mark., 16, 15; Trento'ko Batzarrak: IV-garren ekitaldia, De Canonicis Scripturis erabagia: DENZ, 783 (1.501).

(2) TRENTO'KO BATZARRA: I. c.; BATIKANO I BATZARRA: III-garren saialdia, Constitutio dogmatica de fide catholica, cap. 2 «de revelatione»: DENZ, 1787 (3.006).

(3) Irineo DEUNA: Adv. Haer., III, 3, 1: PG 7, 848; HARBAY, 2, p. 9.

per epistolam didicerint. (cf. 2 Thess., 2, 15), utque pro semel sibi tradita fide decertent (cf. Iud., 3). Quod vero ab Apostolis traditum est, ea omnia complectitur quae ad Populi Dei vitam sancte ducendam fidemque augendam conferunt, sicque Ecclesia, in sua doctrina, vita et cultu, perpetuat cunctisque generationibus transmittit omne quod ipsa est, omne quod credit.

Haec quae est ab Apostolis Traditio sub assistentia Spiritus Sancti in Ecclesia proficit: crescit enim tam rerum quam verborum traditorum perceptio, tum ex contemplatione et studio credentium, qui ea conferunt in corde suo (cf. Lc., 2, 19 et 51), tum ex intima spiritualium rerum quam experiuntur intelligentia, tum ex praecognito eorum qui cum episcopatus successionem charisma veritatis certum acceperunt. Ecclesia scilicet, volentibus saeculis, ad plenitudinem divinae veritatis iugiter tendit. donec in ipsa consummentur verba Dei.

Sanctorum Patrum dicta huius Traditionis vivificantur praesentiam, cuius divitiae in praxim vitamque credentis et orantis Ecclesiae transfunduntur. Per eandem Traditionem integer Sacrorum Librorum canon Ecclesiae innotescit, ipsaeque Sacrae Litterae in ea penitus intelliguntur et indesinenter actuosae redduntur; sicque Deus qui olim locutus est, sine intermissione cum dilecti Filii

bein da betiko emon yaken siñismenaren alde jokatzeko bere. (cf. Jud., 3) (4) Bidalien irakatsiak, barriz, Jaungoikoaren Erriaren bizitza santuki eroan ta beronen siñismena andiagotzeko bear dan guzti-guztia artzen dabe euren barruan. Era onetan, Eleizak, bere irakaspén, bizikera ta jardukeran, bera dan guztia ta berak siñisten dauan guztia irauarazten dau, gizaldi guztiai orixe eskeiniñaz.

Bidaliengandik datorren Anxiñate onek Goteunaren eragitez aurrera ta aurrera dagi Eleizan: (5) emondako gai ta itzen ulertzea andiagotzen dijoa, bai euren biotzetan ausnartzen dabezán (cf. Luk., 2, 19 ta 51) siñistedunen gogarpenez eta ikastez, bai gogo-gauzetaz somatzen dabén barne-adimenez; edola bere, gotzaiñ-jarraigoaz batera egiaren doai ziurra artu dabenen iragarpenez. Gizaldiak aurrera ta aurrera, Eleiza jainkozko egiaren betetasunerantz doa, Jaungoikoaren herbak beragan betetu artean.

Eleiz-Guraso Deunen idazkiak Antxiñate au bizi-bizirik agertzen daukue. Beronen ondasunak Eleiza siñistedun ta otoizdunaren bizi-ekintzetara edatzen dira. Antxiñate orren bidez Idazti Deunen araua osorik dagerkio Eleizari. Orretan bere, Idazteuna bera ulergarriago egiten da ta gero ta eragikorragoa biurtzen da. Era orretara, antxiña itz egin eban Jaungoikoak bere Seme maitearen

(4) NIKEA'KO II-garren BATZARRA: DENZ, 303 (602); KONSTANTINA'KO IV-garren BATZARRA: X-garren saialdia, Kan. 1: DENZ. 336 (650-652).
(5) BATIKANO I BATZARRA: Const. dogm. de fide catholica, c. 4 «de fide et ratione»: DENZ, 1800 (3.020).

sui Sponsa colloquitur, et Spiritus Sanctus, per quem viva vox Evangelii in Ecclesia, et per ipsam in mundo resonat, credentes in omnem veritatem inducit, verbumque Christi in eis abundanter inhabitare facit (cf. Col., 3, 16).

9. Sacra Traditio ergo et Sacra Scriptura arcte inter se connectuntur atque communicant. Nam ambae, ex eadem divina scaturigine promanantes, in unum quodammodo coalescunt et in eundem finem tendunt. Etenim Sacra Scriptura est locutio Dei quatenus divino afflante Spiritu scripto consignatur; Sacra autem Traditio verbum Dei, a Christo Domino et a Spiritu Sancto Apostolis concreditum, successoribus eorum integre transmittit, ut illud, prae lucente Spiritu veritatis, praeconio suo fideliter servent, exponant atque diffundant; quo fit ut Ecclesia certitudinem suam de omnibus revelatis non per solam Sacram Scripturam hauriat. Quapropter utraque pari pietatis affectu ac reverentia suscipienda et veneranda est.

10. Sacra Traditio et Sacra Scriptura unum verbi Dei sacrum depositum constituunt Ecclesiae commissum, cui inhaerens tota plebs sancta Pastoribus suis adunata in doctrina Apostolorum et communione, fractione panis et orationibus iugiter perseverat (cf. Act., 8, 42 gr.), ita ut in tradita fide tenenda, exercenda profitendaque singularis fiat Antistitum et fidelium conspiratio.

emazteagaz eten barik izketan diardu. Gogo Deunak bere, beraren bidez Barri Onaren abots bizia entzuten da Eleizan ta beronen bidez Ludian, egi guztizkora bultzatzen ditu siñistedunak, Kristo'ren itza eurakan oparo biziaraiaz. (cf. Kol., 3, 16)

9. Beraz, Antxiñatea ta Idazteuna oso alkartuta ta alkarri atxikiak dabiltz. Bitzuok, bada, jainkozko sorburu berbera dabela, batera bezela doaz eta elburu berbera dabe. Idazteuna Jaungoikoaren itza da, Goteunak idarokita idazkiz jarria. Antxiñate Deunak, barriz, Josu Kristo gure Jaunak eta gogo Deunak Bidaliai egindako itza euron ondorengoai oso-osorik damotse, egiaren Gogoak argituta, euren irakaspenetan zintzoki gorde, azaldu ta zabaldu dagian. Arrezkero, agertutako gauza guztien ziurtasuna Eleizak ez dau Idazteunetik bakarrik ataraten. Ori dala-ta, bata ta bestea oneraspen ta biotz-jaiera bardiñagaz onartu ta gurtu bear dira. (6)

10. Antxiñate ta Idazteuna Jaungoikoaren itzaren gordetegia dira, Eleizari emonikoa. Erri deun osoa, beroneri lotua, Bidalien irakatsietan eta jaunartzean bere artzaiñakaz batuta ogi-zatitzean eta otoitzetan gelditzeke aurrera doa (Cf. Act. 8, 42). Era orretara, artutako siñis-menari utsitzeko, bera erabiltzean eta erakustean, gozain-eleiztarrak bateratsu dabiltz. (7)

(6) Cf. CONC. TRIDENT.: IV-garren ekitaldian, l. c.: DENZ, 783 (1.501).

(7) Cf. PIO XII: Const. Apostol. Munificentissimus Deus, 1950-ko zementiarren 1-an: AAS 42 (1950), 756, Ziprian Deunaren itzei buruz: «Eleiza, bere apaizari lotutako erritarrak eta bere Artzaiñari itsatsitako artaldeak». (Epist. 66, 8: HARTEL, III, B., p. 733).

Munus autem authentice interpretandi verbum Dei scriptum vel traditum soli vivo Ecclesiae Magisterio concreditum est, cuius auctoritas in nomine Iesu Christu exercetur. Quod quidem Magisterium non supra Verbum Dei est, sed eidem ministrat, docens nonnisi quod traditum est, quatenus illud, ex divino mandato et Spiritu Sancto assistente, pie audit, sancte custodit et fideliter exponit, ac ea omnia ex hoc uno fidei deposito haurit quae tamquam divinitus revelata credenda proponit.

Patet igitur Sacram Traditionem, Sacram Scripturam et Ecclesiae Magisterium, iuxta sapientissimum Dei consilium, ita inter se connecti et consociari, ut unum sine aliis non consistat, omniaque simul, singula suo modo sub actione unius Spiritus Sancti, ad animarum salutem efficaciter conferant.

Caput III

DE SACRAE SCRIPTURAE DIVINA INSPIRATIONE ET DE EIUS INTERPRETATIONE

11. Divinitus revelata, quae in Sacra Scriptura litteris continentur et prostant, Spiritu Sancto afflante consignata sunt. Libros enim integros tam Veteris quam Novi Testamenti, cum omnibus eorum partibus, sancta Mater Ecclesia ex apostolica fide pro sacris et canonicis habet,

Jaungoikoaren itza, idazkiz naiz aozkoa, (8) adieraztea, baiña, Eleizaren Irakaslaritza biziari baiño ez yako egiazki emon (9). Beronen agintea, barriz, Josukristoren ize-nekoa. Irakaslaritza au ez dago Jaungoikoaren itzaren gainetik; beronen menpekoa da, emon yakona bakar-bakarririk irakatsiaz. Jaungoikoaren aginduz eta Goteunaren argiz, zintzoro entzun, deunki jagon ta zeazki azaltzen dauan neurrian. Siñiste-gordetegi bakar onetatik ataraten dau Jaungoikoak agertuta siñistu-bearrekotzat erakusten dauan guzti-guztia.

Argi ta garbi dago, beraz, Antxiñate donea, Idazteuna ta Eleizaren irakaslaritza, Jaungoikoaren asmo zuurretan, atarriño lotuta ta batuta dagoz, eurotatik batek ezin leike bestea barik iraun. Ta diranok batera, banakak bere, bakoitza bere erara, Goteun bakarraren eragipenez, arimak gaizkatzeko berebizikoak dira.

III-GARREN ATZALBURUA

Idazteunaren goi-argitasunaz eta azalkuntzaz

11. Idazteuncan idazkiz datzazan Jaungoikoak agertutakoak, Goteunaren goi-argiz dagoz bertan jarriak. Itun Zar ta Barriko Idaztiak, euren atal guztiekin, bidalien-gandiko siñistez daukaz Eleiza Amak legezkotzat. Goteunaren goi-argiz idatzita, (Cf. Io., 20, 31; 2 Tim., 3, 16; 2 Pt. 19-21; 3, 15-16) Jaungoikoa dabe egillea ta alako-

(8) Cf. CONC. VAT. I: Const. dogm. de fide catholica, cap. 3 «de fide»: DENZ. 1729 (3.011).
(9) Cf. PIO XII: Enzickl. Humani Generis, 1950-ko dagonillaren 12-garrenkoa: AAS 42 (1950), 569; DENZ. 2.314 (3.886).

propterea quod, Spiritu Sancto inspirante conscripti (cf. Io., 20, 31; 2 Tim., 3, 16; 2 Pt., 19-21; 3, 15-16). Deum habent auctorem atque ut tales ipsi Ecclesiae traditi sunt. In sacris vero libris conficiendis Deus homines elegit, quos facultatibus ac viribus suis utentes adhibuit, ut Ipso in illis et per illos agente, ea omnia eaque sola, quae Ipse vellet, ut veri auctores scripto traderent.

Cum ergo omne id, quod auctores inspirati seu hagiographi asserunt, retineri debeat assertum a Spiritu Sancto, inde Scripturae libri veritatem, quam Deus nostrae salutis causa Litteris Sacris consignari voluit, firmiter, fideliter et sine errore docere profitendi sunt. Itaque «omnis Scriptura divinitus inspirata et utilis ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus» (2 Tim., 3, 16-17, gr.).

12. Cum autem Deus in Sacra Scriptura per homines more hominum locus sit, interpretis Sacrae Scripturae

tzat emon yakoz Eleizari berari. (1) Idazti deunak egiteko Jaungoikoak aukeratu ebazan gizonak, euren almen eta indarrez baliaturik (2), Berak eurakan eta euren bidez lan egiñaz, (3) nai zituanak bakar-bakarrrik egiazko egilleak legez idatzi egiezan. (4)

Goitiko argiz idazle deunak idatzi daben guztia, Go-teunak esana lez onartu bear da-ta, auxe aitortu bearrean gagoz: Idazti deunak, Jaungoikoak gure salbaziorako idazkiz emon gura izan euskun egia, zintzo, garbi ta okerrik gabe irakasten dauskuela. (5)

Orretara ezkeru, «Jainkoak idarokitako idazti oro adiñon ere da irakasteko, akartzeko, artezteko, ta zuzen-bidean azteko, Jainkoaren gizona bikain dedin, edozein eginbear onerako gerturik». (2 Tim. 3, 16-17)

12. Jaungoikoak, baiña, giza-erara itz egin dau gizonen bidez Idazteuncan. (6) Beronen adierazleak, beraz.

- (1) Cf. CONC. VAT. I: Const. Dei Filius, cap. 2 «de revelatione»: DENZ. 1787 (3.006). Comm. Biblica. Decretum, 1915-ko bagillaren 18-garrenekoa: DENZ., 2180 (3.629); (EB) 420; S.C.S. OFFICII: 1923-ko abenduaren 22-garreneko eskutitza; (EB) 499.
- (2) PIO XII: Enziklika, Divino afflante Spiritu, 1943-ko irailaren 30-garrenekoa: AAS 35 (1943), p. 314 Enchr. Bibl. (EB) 556.
- (3) Gizonagan eta Gizonagaitik: Cf. Ebertarrak, 1, 1; 4, 7; gan 2 Eresiak, 23, 2; Mat. 1, 22 ta sarri gaitik CONC. VAT. I: Schema de doctrina catholica, 9-garren oarpena: Coll. Lac. VII, 522.
- (4) LEON XIII: Enzik. Providentissimus Deus, 1893-ko zemendiaren 18-garrenekoa: DENZ., 1952 (3293); (EB) 125.
- (5) Cf. AGUSTIN DEUNA: Gen. ad litt., 2, 9, 20; PL 34, 270-271 Epist., 82, 3; PL 33, 277; CSEL 34, 2, p. 354; TOMA DEUNA: De Ver., q. 12, a. 2, C. CONC. TRIDENT: IV-garren ekitaldia, De Canonicis Scripturis: DENZ., 783 (1.501); LEON XIII: Enzik. Providentissimus: (EB) 121, 124, 126-127; PIO XII: Enzik. Divino afflante: (EB) 539.
- (6) AGUSTIN DEUNA: De Civ. Dei, XVII, 6, 2; PL 41, 537; CSEL XL, 2, 228

rae, ut perspiciat, quid ipse nobiscum communicare voluerit, attente investigare debet, quid hagiographi reapse significare intenderint et eorum verbis manifestare Deo placuerit.

Ad hagiographorum intentionem eruendam inter alia etiam «genera litteraria» respicienda sunt. Aliter enim atque aliter veritas in textibus vario modo historicis, vel propheticis, vel poeticis, vel in aliis dicendi generibus proponitur et exprimitur. Oportet porro ut interpres sensum inquirat, quem in determinatis adiunctis hagiographus, pro sui temporis et suae culturae condicione, operum generum litterariorum illo tempore adhibitorum exprimere intenderit et expresserit. Ad recte enim intelligendum id quod sacer auctor scripto asserere voluerit, rite attendendum est tum ad suetos illos nativos sentiendi, dicendi, narrandive modos, qui temporibus hagiographi vigebant tum ad illos qui hoc aevo in mutuo hominum commercio adhiberi solebant.

Sed, cum Sacra Scriptura eodem Spiritu quo scripta est etiam legenda et interpretanda sit, ad recte sacrorum textuum sensum eruendum, non minus diligenter respiciendum est ad contestum et unitatem totius Scripturae. ratione habita vivae totius Ecclesiae Traditionis et analogiae fidei. Exegetarum autem est secundum has regulas adlaborare ad Sacrae Scripturae sensum penitus intelli-

Arek zer esan gura izan euskun jakin dagian, arretaz aztertu bear dauz zer guztiok: zer adierazo gura izan eben benetan idazle deunak eta euron berbaz zer azaltzea opa izan eban Jaungoikoak.

Idazle deunen asmoak jakiteko, beste gauza askoren artean, eleder-muetak deritxenak aztertu bear dira. Egia, bada, askotara agertzen da askotariko eleder-mueta orreitan: edestizkoak, iragarki-olerkizkoak eta osteango idazkiak azaltzen bai dauskue egi ori. Idazle deunak ereti bakoitzean, beraren bizi-aldi ta jakintza-maillari egokioenez, garai arefako eleder-muetaz baliaturik zer esan nai eban ta zer esan eban gero, orixe aztertu bear dau Idazteunaren adierazleak. (7) Egille doneak idaztian esan gura ebana zuzen ulertzeko, zeatz begiratu bear dira idazle donearen garaian oi ziran jatorrizko pentsakera, esakera ta kontakerak. Baita, sasoi orretan gizonen alkarrekiko artu-emonetan erabilli oi ziranak be. (8)

Idazteuna, baiña, idatzia izan zan Gogo beraz irakurri ta ulertu bear da: (9); orregaitik, idaztune doneen zentzuna artezki jakiteko, Idazteun osoaren mamiña ta batasuna kontuan euki bear dira, ez gitxi, Eleiza guztia-
ren Antxiñate bizia ta siñismenaren eitea (analogia) gogoan artuta. Adierazle dagokie, beraz, arau oneik artuta, Idazteunaren zentzuna ta esangura sakonago ulertu ta azaltzeko lan egitea. Aurretiko ikasketa onegaz, Eleizaren

(7) AGUSTIN DEUNA: De doctrina Christiana, III, 18, 26: PL 34, 75-76.

(8) PIO XII: I. c.: DENZ., 2294 (3.829-3.830); (EB) 558-562.

(9) Cf. BENEDICTUS XV: Enzik. Spiritus Paraclitus, 1920-ko irailaren 15-garrenekoa: (EB) 469 JERONIMO DEUNA: In Gal., 5, 19-31: PL 26,417 A

gendum et exponendum, ut quasi praeparato studio, iudicium Ecclesiae maturetur. Cuncta enim haec, de ratione interpretandi Scripturam, Ecclesiae iudicio ultime subsunt, quae verbi Dei servandi et interpretandi divino fungitur mandato et ministerio.

13. In Sacra Scriptura ergo manifestatur, salva semper Dei veritate et sanctitate, aeternae Sapientiae admirabilis «condescensio», «ut discamus ineffabilem Dei benignitatem, et quanta sermonis attemperazione usus sit, nostrae naturae providentiam et curam habens». Dei enim verba, humanis linguis expressa, humano sermoni assimilia facta sunt, sicut olim Aeterni Patris Verbum, humanae infirmitatis assumpta carne, hominibus simile factum est.

Caput IV

DE VETERE TESTAMENTO

14. Amantissimus Deus totius humani generis salutem sollicite intendens et praeparans, singulari dispensatione populum sibi elegit, cui promissiones concrederet. Foedere enim cum Abraham (cf. Gen., 15, 18) et cum plebe Israel per Moysen (cf. Ex., 24, 8) inito, populo sibi acquisito ita Se tamquam unicum Deum verum et vivum

eritxia eldua izan daiten, alegia. Idazteunaren adierazpenari dagokion dan-dana, Eleizaren irizpean dago, azkenean. Jaungoikoaren itza gorde ta adierazteko, jainkozko agindua ta lanbidea beregain dagoz-eta. (10)

13. Idazteunean agertzen yaku, Jainkoaren egia ta deuntasuna beti gordeta, betiko Jakintzaren arrigarritzko «etorkortasuna», «Jaungoikoaren esan eziñeko ontasuna, zenbateraiñoko itz-egokiera erabilli dauan, gure izateaz ardura ta arreta arturik, ikasi dagigun. (11) Jaungoikoaren berbak, giza-izkuntzetan azalduak, gizonaren izketamodukoak egin dira. Orrelaxe, antxiña baten, Aita Betikoaren Itza, giza-makaltasunaren aragia artua, gizonen antzeko egin zan.

LAUGARREN ATZALBURUA

Itun Zarraz

14. Gizadi osoaren gaizkakundea billatzen ta gertatzen eban Jaungoiko maitagarriak, erri bat aukeratu eban beretzat, beraritzko ontartez. Erri oneri bere aginduak egin eutsozan. Mois'en bidez (Cf. Irt. 24, 8) Abran'egaz (Cf. Gen. 15, 18) eta Israel'go erriagaz ituna egiñik, aukeratutako erriari itzez eta egitez Jainko bizi-egiazko bakarra lez agertu yakon. Ortik nabaitu eban Israel'ek zeintzuk ziran Jainkoaren gizonekiko bideak. Ta Jaun-

(10) Cf. CONC. VAT. I: Const. dom, De fide Catholica, cap. 2 De revelaticne: DENZ, 1788 (3.007)

(11) JON KRISOSTOMO DEUNA: In Gen., 3,8 (17, 1 zenbakian): PG 53, 134; egokiera dalako ori gerkeraz synkatábasis esaten da.

verbis ac gestis revelavit, ut Israel, quae divinae essent cum hominibus viae experiretur, easque, ipso Deo per os Prophetarum loquente, penitius et clarius in dies intelligeret atque latius in gentes exhiberet (cf. Ps., 21, 28-29; 95, 1-3; Is., 2, 1-4; Ier., 3, 17). Oeconomia autem salutis ab auctoribus sacris praenuntiata, enarrata atque explicata, ut verum Dei verbum in libris Veteris Testamenti exstat; quapropter hi libri divinitus inspirati perennem valorem servant: «Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus» (Rom., 15, 4).

15. Veteris Testamenti oeconomia ad hoc potissimum disposita erat, ut Christi universorum redemptoris Regnique Messianici adventum praepararet, propheticè nuntiaret (cf. Lc., 24, 44; Io., 5, 39; 1 Pt., 1, 10) et variis typis significaret (cf. 1 Cor., 10, 11). Veteris autem Testamenti libri, pro conditione humani generis ante tempora instauratae a Christo salutis, Dei et hominis cognitionem ac modos quibus Deus iustus et misericors cum hominibus agit, omnibus manifestant. Qui libri, quamvis etiam imperfecta et temporaria contineant, veram tamen paedagogiam divinam demonstrant. Unde iidem libri, qui vivum sensum Dei expriment, in quibus sublimes de Deo doctrinae ac salutaris de vita hominis sapientia mirabilesque precum thesauri reconduntur, in quibus tandem latet mysterium salutis nostrae, a Christifidelibus devote accipiendi sunt.

gokikoak berak iragarleen agoz itz egiñik, egunetik egunera sakonago ta argiago ulertu ebazan bideok, erriai zabal-kiroago eroanaz. (Cf. Ps., 21, 28-29; 95, 1-3; Is., 2, 1-4; Ier., 3, 17). Gaizkakunde-arazoa, barriz, idazle doneak alde zurretik iragarrita, azalduta ta adierazoa, Jainkoaren egiazko itza bezela dager Itun Zarreko idaztietan. Orre-gaitik, idaztiok, Jainkoak idarokita, betiko balioa dabe. «Idaztiak oro, berriz, gure irakaspidetzat idaztiak dira, idaztiok zuzpertzuta, egonarriz itxoin dezagun». (Erromakoei, 15,4)

15. Itun Zarreko Gaizkaunde-arazoa onetara zuzenduta egoan batez be: Kristo guztion erosle ta Mesias'en erreñuaren etorrera gertutzeko, iragarle-bidez agertzeko, (Cf. Lk., 24, 44; Io., 5, 39; 1 Kefa. 1. 10) ta era askotara adierazteko. Itun Zarreko idaztiak, Kristo'k egiñiko gaizkakundearen aurretiko aldietan gizadiaren egokeraren araura, Jaungoikoaren eta gizonaren ezagutza, ta Jaungoiko zuzen ta erukitsuak gizonekin diarduan era askotarikoak guztioi erakusten dautsez, idaztiok, akatsak eta aldiko gauzak ekarri arren, Jaungoikoaren egizko irakasbidea damoskue. (1) Kristauak, aldiz, jaierratsuki artu bear dabez idazkiok. Eurotan dager Jainkoaren jarduera bizi; eurotan Jainkoazko irakatsi ederrak daukaguz, giza-bizitzazko jakintza osasungarria ta otoitz-ondasun bikainak. Gaiñera, bertan daukagu gure salbazioaren ezkutukia.

(1) PIO XII: Enrik. Mit Brennender Sorge, 1927-ko epaillaren 14-garrenkoa. AAS 29 (1937), p. 151.

16. Deus igitur librorum utriusque Testamenti inspirator et auctor, ita sapienter disposuit, ut Novum in Vetere lateret et in Novo Vetus pateret. Nam, etsi Christus in sanguine suo Novum Foedus condidit (cf. Luc., 22, 20; 1 Cor., 11, 25), libri tamen Veteris Testamenti integri in praeconio evangelico assumpti, in Novo Testamento significationem suam completam acquirunt et ostendunt (cf. Mt., 5, 17; Lc., 24, 27; Rom., 16, 25-26; 2 Cor., 3, 14-16), illudque vicissim illuminant et explicant.

Caput V

DE NOVO TESTAMENTO

17. Verbum Dei, quod virtus Dei est in salutem omni credenti (cf. Rom., 1, 16), in scriptis Novi Testamenti praecellenti modo praesentatur et vim suam exhibet. Ubi enim venit plenitudo temporis (cf. Gal., 4, 4), Verbum caro factum est et habitavit in nobis plenum gratiae et veritatis (cf. Io., 1, 14). Christus Regnum Dei in terris instauravit, factis et verbis Patrem suum ac Seipsum manifestavit, atque morte, resurrectione et gloriosa ascensione missioneque Spiritus Sancti opus suum complevit. Exaltatus a terra omnes ad Seipsum trahit (cf. Io., 12, 342, gr.), Ipse qui solus verba vitae aeternae habet (cf. Io., 6,

16. Itun Zar eta Barriko idarokille ta egille dan Jainkoak jakintsuki antolaturik, Barria Zarrean ostendua datza ta Zarra Barrian dager. (2) Jesukristo'k bere odolagaz Itun Barria egin eban arren (Cf. Luk., 22, 20; 1 Kor., 11. 25), Barri Onaren zabalkundean oso-osorik onartutako Itun Zarreko idaztiak (3) Itun Barrian lortzen ta erakusten dabe euren esangura guztizkoa (Cf. Mt. 5, 17; Lk., 24, 27; Erromakoei., 16, 25-26; 2 Kor., 3, 14-16) berau argituz eta azalduz.

BOSTGARREN ATZALBURUA

Itun Barriaz

17. Siñisten dauan guztiarentzat gaizkakunde-indarra dan Jaungoikoaren itza (Cf. Erromakoei. 1, 16) Itun Barriko idazkietan bikainki dager bere indarra erakutsiz. Aldien betetasuna etortean, (Cf. Gal. 4, 4) Itza aragi egin zan eta gure artean bizi izan zan, eskerrez eta egiaz betarik. (Cf. Io., 1, 14) Kristo'k Jaungoikoaren jaurerria jarri eban lurrean, itz-egintzetan Aita ta Berbera agertu eban, ta eriotza, pizkunde, igokunde arrigarri ta Goteunaren bialtzeaz bere lana burutu eban. Lurretik jaso ondoren, diranak Beragana erakarri zituan (Cf. Io., 12, 342) Berak bakarrik bai ditu betiko bizitzako berbak (Cf., Io., 6, 68) Ezkutuki au, baiña, ez yaken agertu beste belaunaldi ba-

(2) AGUSTIN DEUNA: *Qaest. in Hept.*, 2, 73: PL 34, 623.
(3) IRINEO DEUNA: *Adv. Haer.*, III, 21, 3: PG 7, 950; 25, 1: HARVEY, 2 115-garren orrialdean; JERUSALEN'GO KUIRIL DEUNA: *Catech.*, 4, 35: PG 33, 497; TEODORO MOPS: *In Soph.*, 1, 4-6: 66, 452 A-453 A.

68). Hoc autem mysterium aliis generationibus non est patefactum, sicut nunc revelatum est sanctis Apostolis Eius et Prophetis in Spiritu Sancto (cf. Eph., 3, 4-6, gr.), ut Evangelium praedicarent, fidem in Iesum Christum ac Dominum excitarent et Ecclesiam congregarent. Quarum rerum scripta Novi Testamenti extant testimonium perenne atque divinum.

18. Neminem fugit inter omnes, etiam Novi Testamenti Scripturas, Evangelia merito excellere, quippe quae praecipuum testimonium sint de Verbi Incarnati, Salvatoris nostri, vita atque doctrina.

Quattuor Evangelia originem apostolicam habere Ecclesia semper et ubique tenuit ac tenet. Quae enim Apostoli ex mandato Christi praedicaverunt, postea divino afflante Spiritu, in scriptis, ipsi et apostolici viri nobis tradiderunt, fidei fundamentum, quadriforme nempe Evangelium, secundum Matthaeum, Marcum, Lucam et Ioan-nem.

19. Sancta Mater Ecclesia firmiter et constantissime tenuit ac tenet quattuor recensita Evangelia, quorum historicitatem incunctanter affiirmat, fideliter tradere quae Iesus Dei Filius, vitam inter homines degens, ad aeternam eorum salutem reapse fecit et docuit, usque in diem qua assumptus est (cf. Act., 1, 1-2). Apostoli quidem post ascensionem Domini, illa quae Ipse dixerat et fecerat, audi-

tzuei orain bere Bidali deunai ta Iragarleai, Goteunaren-gan legez (Cf., Eph., 3, 4-6), Barri Ona aldarrikatu, Josukristo ta Jaunarenganako siñismena biztu ta Eleiza batutzeko. Itun Barriko idazkiak guztioen erkausgarri betiko ta jainkozkoa dira.

18. Onetan danok datoz bat: Idazti deun guztien artean, Itun Barrikoak barru, Barri Onaren idaztiak dira bikaiñenak, Aragi artutako Itzaren, gure Salbatzaillaren, bizitzazko ta irakaspnazko erakusgarri onena dira-ta.

Lau Ebañgeriak Bidaliengandikoak dirala alde ta aldi guztietan autortu dau Eleizak. Jainkoaren aginduz Bidaliak aldarrikatu ebena, gero, Goteuna eragille, eurak eta eurakandiko gizon areik idazkiz emon euskuen, siñismenaren oiñarrizat. Lau eratako Barri Ona, Mateo, Markos, Lukas eta Jonena, alegia (1)

19. Eleiza Ama Doneak beti autortu dau sendoro, aipatutako lau ebangelioak (euron egitasuna zalantza bari-rik aldeztuaz) benetan azaltzen dauskuela Jainkoaren Seme Josu'k, giza-arte-an bizi zala, euren betiko gaizkakunde-rako esan ta egin ebana, zerura igo zan egunerañño (Cf., Bid. Eg. 1, 1-2) Bidaliak, Jauna zerura igo ta gero, berak esan ta egin ebazan gauzak euren entzuleai irakatsi eutse-zan, Kristo'ren jazokun arrigarriz (2) eta Egi-Gogoaren argiz irakatsita jadretsi eben ulermen zabal aregaz. 3) Idazle deu-

(1) Cf., IRINEO DEUNA: Adv., Her., III, 11, 8: PG. 7, 885: SAGNARD'en argitalpenean, 194-garren orrialdean.

(2) Cf., Io., 14, 26; 16, 13.

(3) Jo., 2, 22; 12, 16; 11, 51-52; cf., 14, 26; 16, 12-13; 7, 39

toribus ea pleniore intelligentia tradiderunt, qua ipsi, eventibus gloriosis Christi instructi et lumine Spiritus veritatis edocti, fruebantur. Auctores autem sacri quattuor Evangelia conscripserunt, quaedam e multis aut ore aut iam scripto traditis seligentes, quaedam in synthesim redigentes, vel statui ecclesiarum attendendo explanantes, formam denique praeconii retinentes, ita semper ut vera et sincera de Iesu nobis communicarent. Illa enim intentione scripserunt, sive ex sua propria memoria et recordatione, sive ex testimonio illorum «qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis», ut cognoscamus eorum verborum de quibus eruditi sumus, «veritatem» (cf. Lc., 1, 2-4).

20. Novi Testamenti Canon praeter quattuor Evangelia etiam epistulas sancti Pauli aliaque scripta apostolica Spiritu Sancto inspirante exarata continet, quibus, ex sapienti Dei consilio, ea quae sunt de Christo Domino confirmantur, genuina Eius doctrina magis magisque declaratur, salutifera virtus divini operis Christi praedicatur, Ecclesiae initia ac admirabilis diffusio narrantur eiusque consummatio gloriosa praenuntiatur.

Apostolis enim suis Dominus Iesus sicut promiserat affuit (cf. Mt., 28, 20) et iis Paraclitum Spiritum misit qui eos in plenitudinem veritatis induceret. (cf. Io., 16, 13).

nak, aldiz, lau ebangeriak idatzi zituen, ordurako idazkiz edo itzez zabal ebiltzan gai ugariatatik batzuk aukeratuz, beste batzuk laburpenetan bilduz, edo Eleiztarren batzai begiratuta azalduz, aldarrikatzeke era beti be bat gorde-ta, Josukristo'ri buruz guri beti egia zintzoki agertuz. (4) Euren oroitzapen ta gomutatik atarata naiz «asikeratik Bera ikusi ta bere itzen zabaltzaille izan ziranen autorpetetik «artuta, onetarakoxe idatzi ebezan gauza areik: irakasten daukuezan itzen «egia» ezagutu dagigun (Cf., Luk., 1, 2-4).

20. Itun Barriko arauak, lau ebangelioez gainera, Paul Deunaren eskutitzak eta Goteunak idarokita idatzitako Bidalien beste idazki batzuk artzen ditu bere barruan. Eurokaz, Jaungoikoaren asmo jakintsuen araura, Kristo gure Jauna'ri buruzkoak egiztatzen dira. Aren irakaspen jatorrizkoa gero ta agiriago egiten da, Kristo'ren jainkozko lanaren gaizkakunde-indarra erakusten da. Eleizaren asikera ta arrigarrizko zabalkera edestu ta beraren amaitze aintzagarrria aurreztik adierazoten da.

Josu Jauna bere Bidaliakaz izan zan, agindu bezela (Cf., Mt., 28, 20) ta Gogo Poz-emoillea bialdu eutsen, guztizko egian sarrerazo egizan (Cf., Io., 16, 13).

(4) Cf., Instructio Sancta Mater Ecclesia, Idazteun-Batzordeak argitaratua: AAS 56 (1964), 715-garren orrialdean.

DE SACRA SCRIPTURA IN VITA ECCLESIAE

21. Divinas Scripturas sicut et ipsum Corpus dominicum semper venerata est Ecclesia, cum, maxime in sacra Liturgia, non desinat ex mensa tam verbi Dei quam Corporis Christi panem vitae sumere atque fidelibus pro-rigere. Eas una cum Sacra Traditione semper ut supremam fidei suae regulam habuit et habet, cum a Deo inspiratae et semel pro semper litteris consignatae, verbum ipsius Dei immutabiliter impertiant, atque in verbis Prophetarum Apostolorumque vocem Spiritus Sancti personare faciant. Omnis ergo praedicatio ecclesiastica sicut ipsa religio christiana Sacra Scriptura nutriatur et regatur oportet. In sacris enim libris Pater qui in caelis est filiis suis peramanter occurrit et cum eis sermonem confert; tanta autem verbo Dei vis ac virtus inest, ut Ecclesiae sustentaculum ac vigor, et Ecclesiae filiis fidei robur, animae cibus, vitae spiritualis fons purus et perennnis exstet. Unde De Sacra Scriptura excellenter valent dicta: «Vivus est enim sermo Dei et efficax» (Heb., 4, 12), «qui potens est aedificare et dare haereditatem in santificatis omnibus» (Act., 20, 43; cf. 1 Thess., 2, 13).

22. Christifidelibus aditus ad Sacram Scripturam late pateat oportet. Qua de causa Ecclesia inde ab initiis graecam illam antiquissimam Veteris Testamenti versionem a LXX viris nuncupatam ut suam suscepit; alias vero ver-

SEIGARREN ATZALBURUA

Idazteuna Eleizaren bizitzan

21. Eleiza Amak beti gurtu ditu Idazti Deunak eta Jaunaren Gorputza. Bere Liturji donean, batez be, gelditzeke ari da Jaunaren itzaren eta Kristo'ren Gorputzaren maitik bizitzako ogia artzen ta eliztarrai emoten. Bitzuok beti ere izan ditu, ta baita orain euki be, Antxiñate Doneagaz batera, bere siñismenaren arau nagusiena legez. Jaungoikoak idarokita ta bein da betiko idazkiz emona, Jaungoikoaren beraren itza aldatu-eziñekoa zabaltzen daukue-ta, Iragarleen ta Bidalien itzetan Gogo Deunaren abotsa erantzunaz. Eleizaren irakaspén guztiak, kristiñau erlijjiñoak legez, Idazteuna artu bear dau janari ta gidaritzat. Idazti doneetan, bada, zeruko Aita bere semeai agertzen yake, eurakaz berba egiñaz. Jaungoikoaren itzetan alako indarra ta eragipena datzaz, Eleizaren euskarri ta indargeri, Eleizaren semeentzat siñismen-zuzpergarri, gogo-janari ta gogozko bizitzaren iturri garbi ta agortu-eziña dira. Ori dala-ta, ondo baiño obeto dagokioz Idazteunari arako itzak: «Jaungoikoaren itza bizia ta eragillea da» (Ebertarrai, 4, 12) «zintzo egiñei ta iarauntsia emateko lain dana» (Bíd. E. 20, 32; Cf. 1 Tes., 2, 13)

22. Kristauak Idazteuna eskuratzeko erreztasuna izanbear dabe. Orregaitik Eleizak asikeratik artu eban bereztat LXX-ena deritxon itzulpen zar a; sorkaldeko ta lati-aldeko beste itzulpen batzuk ere, Vulgata izenekoa baitik bat, aintzakotzat daukaz. Jaungoikoaren itzak

siones orientales et versiones latinas, praecipue illam quam Vulgatam vocant, semper in honore habet. Cum autem verbum Dei omnibus temporibus praesto esse debeat, Ecclesia materna sollicitudine curat, ut aptae aeternae exarentur in varias linguas versiones, praesertim ex primigenis Sacrorum Librorum textibus. Quae si, data opportunitate et annuente Ecclesiae auctoritate, conficiantur communi etiam cum fratribus seiunctis nisu, ab omnibus christianis adhiberi poterunt.

23. Verbi incarnati Sponsa, Ecclesia nempe, a Sancto Spiritu edocta, ad profundiorum in dies Scripturarum Sacrarum intelligentiam assequendam accedere satagit, ut filios suos divinis eloquiis indesinenter pascat; quapropter etiam studium sanctorum Patrum tum Orientis tum Occidentis et sacrarum Liturgiarum rite fovet. Exegetae autem catholici, aliique Sacrae Theologiae cultores, collatis, sedulo viribus, operam dent oportet, ut sub vigilantia Sacri Magisterii, aptis subsidiis divinas Litteras ita investigent et proponant, ut quam plurimi divini verbi administri possint plebi Dei Scripturarum pabulum fructuose suppeditare, quod mentem illuminet, firmet voluntates, hominum corda ad Dei amorem accendat. Sacra Synodus Ecclesiae filiis, biblicarum rerum cultoribus, animum addit, ut opus feliciter susceptum, renovatis in dies viribus, omni studio secundum sensum Ecclesiae exsequi pergant.

beti gerturik eta eskumenean egon bear dau-ta, Eleiza, ama-arduraz, beste izkuntzetara itzulpen zuzen ta egokiak egin daitezcan arduratzen da, batez bere Idazti Doneen ja-torritzko itzetikakoak. Itzulpenok, bear dan lez eta Elei-zaren agintariak orretarako baimena emonda, aldentuta-ko anaian ekinaz egiten ba'dira kristau guztiak erabili-legekez.

23. Aragi artutako Itzaren emaztea, au da, Eleiza, Goteunak irakatsita, Idazteuna gero ta obeto ulertzen ale-gintzen da, bere semeak uts egin barik Jainkoagandiko berbakaz elikatzeke. Origaitik, Sortalde ta Sarkaldeko Eleiz-Gurasoetzazko ta Liturjietzazko ikasketak egokiro bul-tzatzen ditu. Kristau adierazleak, eta Teoloji beste ikasleak, arduratsu baturik, Irakaslaritzaren babespean, Idazteuna aztertu ta azaldu bear dabe, lankai egokiak erabillita, alik eta Jainko-itzaren zabaltzaille geienak, Jainkoaren erriari Idazteunaren bazka onuraz zabaldu dagioen.

Beragaz adimenak argitu, borondateak sendotu ta bio-tzak Jaungoikoaganako maitasunean biztu daitezcan. (1) Ba-tzar Doneak Eleizaren seme, Idazteunaren ikasleak, ziri-katzen ditu, zori onean asitako lana, gero ta sendoago, alegin guztiaz, Eleizaren naira, aurrera eroan dagien (2)

24. Teoloji Deuna Jaungoikoaren itz idatzian eta baita Antxiñate Donean be, betiko oiñarriaren gainean

(1) Cf., PIO XII: Enzik. Divino afflante: (EB) 551, 553, 567. PONT. CO-MISSIO BIBLICA: Instructio de S. Scriptura in Clericorum Seminariis et Religiosorum Collegiis recte docenda, 1950-ko maiatzaren 13-garrenekoa: AAS 42 (1950), 495-505 orrialdeetan.

(2) Cf. PIO XII, ibidem: (EB) 569.

24. Sacra Theologia in verbo Dei scripto, una cum Sacra Traditione, tamquam in perenni fundamento innititur, in eoque ipsa firmissime roboratur semperque iuvenescit, omnem veritatem in mysterio Christi conditam sub lumine fidei perscrutando. Sacrae autem Scripturae verbum Dei continent et, quia inspiratae, vere verbum Dei sunt; ideoque Sacrae Paginae studium sit veluti animae Sacrae Theologiae. Eodem autem Scripturae verbo etiam ministerium verbi, pastoralis nempe praedicatio, catechesis omnisque instructio christiana, in qua homilia liturgica eximium locum habeat oportet, salubriter nutritur sancteque virescit.

25. Quapropter clericos omnes, imprimis Christi sacerdotes ceterosque qui ut diaconi vel catechistae ministerio verbi legitime instant, assidua lectione sacra atque exquisito estudio in Scripturis haerere necesse est, ne quis eorum fiat «verbi Dei inanis forinsecus praedicator, qui non est intus auditor», dum verbi divini amplissimas divitias, speciatim in sacra Liturgia, cum fidelibus sibi commissis communicare debet. Pariter Sancta Synodus christifideles omnes, praesertim sodales religiosos, vehementer peculiariterque exhortatur, ut frequenti divinarum Scripturarum lectione «eminentem scientiam Iesu Christi» (Phil., 3, 8) ediscant. «Ignoratio enim Scripturarum ignoratio Christi est». Libenter igitur ad sacrum textum ipsum accedant, sive per sacram Liturgiam divinis eloquiis

bezela datza. Beragaz sendotu ta gaztetu egiten da, sinismenaren argitan Kirsto'ren ezkutukiango egi guztia arakatuz. Idazteunean Jainkoaren itza aurkitzen da, ta goiargiz egiña da-ta, egiazki da Jaungoikoaren itza. Beraz, Idatzi Doneen ikastea Teoliji Donearen gogo bezelakoa bedi. (3) Itzeko lanbidea, au da, artzain-itzaldiak, kristau-ikasbidea ta edozein kristau irakaspene, liturji-itzaldiak leku berezia dau orretan, onuraz janaritu ta doneki sendotzen dira Idazteunaren itzetan.

25. Eleiz-gizon guztiak, batez bere Kristo'ren abadeak-eta, diakono ta dotriña-irakasleak lez itzeko lanari ekiten dautsoenak, sarri irakurriz berarizko ikas-naiez, Idazteunean murgildu beitez, euretatik inor «Jaungoikoaren itzaren zabaltzaille utsa ta alperrikakoa, bere barnean aditzen ez dauana» billakatu ez daiten (4). Jainko-itzaren aberastasun ugariak bere eliztarrai zabaldu bear dautsez-eta, batez, bere Liturji Donean. Era berean, Batzar Doneak eleiz-seme guztiak, erlijiosoak batez bere, aolkatzen ditu, Idazteuna sarritan irakurriz «Josukristo'ren jakintza bikaiña ikasi dagien» (Pilip. 3, 8) «Idazteuna ezagutzen ez dauanak, ez dau Kristo ezagutzen» (5)

Bijoaz, ba, idatzi doneetara, Jainkoagandiko itzez beteriko liturji donearen bidez naiz irakurte gogotsuz. Edo-

(3) Cf., LEO XIII: Enzik. Providentissimus. (EB) 114; BENEDICTUS XV: Enzik. Spiritus Paraclitus: (EB) 483.
(4) AGUSTIN DEUNA: Serm., 179, 1: PL 38, 966.
(5) JERONIMO DEUNA: Comm. in Is. Prol. PL 24, 17; Cf., BENEDICTUS XV, Enzik. Spiritus Paraclitus: (EB) 475-480; PIO XII: Enzik. Divino afflante: (EB) 544.

confertam, sive per piam lectionem, sive per institutiones ad id aptas aliaque subsidia. quae approbantibus et curantibus Pastoribus Ecclesiae ubique nostro tempore laudabiliter diffunduntur. Meminerint autem orationem concomitari debere Sacrae Scripturae lectionem, ut fiat colloquium inter Deum et hominem; nam «illum alloquimur, cum oramus; illum audimus, cum divina legimus oracula».

Sacris autem Antistibus, «apud quos est apostolica doctrina», fideles sibi commissos ad rectum divinatorum librorum usum, praesertim Novi Testamenti et imprimis Evangeliorum, opportune instituere competit per sacrorum textuum versiones, quae necessariis et vere sufficientibus explicationibus instructae sint, ut tuto ac utiliter Ecclesiae filii cum Scripturis Sacris conversentur earumque spiritu imbuantur.

Insuper editiones Sacrae Scripturae, aptis instructae annotationibus, ad usum etiam non-christianorum eorumdemque conditionibus accommodatae, conficiantur, quas quoquomodo sive animarum Pastores sive Christiani cuiuscumque status spargere sapienter curent.

26. Ita ergo lectione et studio Sacrorum Librorum «sermo Dei currat et clarificetur» (2 Thess., 3, 1), thesaurusque revelationis, Ecclesiae concreditus, magis magisque corda hominum impleat. Sicut ex assidua frequentatione mysterii Eucharistici Ecclesiae vita incrementum susci-

ta, orretarako egoki diran beste eratara naiz gure sasoiari Eleizaren artzaiñak onartu ta sortutako beste edozelake goragarritzko modutara. Gogoratu begie, baiña, otoitzak idazti doneen irakurketa lagundu bear dauala, Jaungoikoaren ta gizonaren arteko alkarrizketa sortu daiten. «Otoitz egitean beragaz itz dagigu ta Jaungoikozko berbak irakurtean bera entzuten dogu» (6)

«Bidaliengandiko irakaspena» eurakan dabe-ta Gotzariñei dagokie (7) bere ardurapeko eliztarrak eskolatze, Jainkoagandiko idaztiak bear dan lez erabilli dagiezan, batez bere Itun Barrikoak eta lenen-lenen Barri Ona. Zelan, baiña? Idazti Deunen itzulpenak egiñaz, bearrezko ta ezinbestezko diran oarpenez orniduak, Eleizaren semeak ziurki ta onuraz Idazti Doneakaz etzekotu daitezcan ta euron gogoaz bete daitezcan.

26. Orretara, Idazti Doneak irakurritz eta ikasiz, «Zabal ta argi bedi Jaungoikoaren itza» (2 Tes., 3, 1). Agerpenaren ondasuntegiak, Eleizari emonikoak, bete dagizala gero ta geiago gizonen biotzak, Eukaristia sarri erabilliaz Eleizaren bizitza azitzen dan antzera, betor gogo-bizitzareneragite barria, andiagotzen doan Jaungoikoaren itzaren gurtzatik, «berak befiko irauten dau-ta» (Is., 40, 8; Cf. 1 Kep., 1, 23-25)

(6) AMBROSI DEUNA: De officiis ministr., I, 20, 88; PL 16, 50.
(7) IRINEO DEUNA: Adv. Haer., IV, 32, 1; PG 7, 1.071 (49, 2); HARVEY 2, 255-garren orrialdean.

pit, ita novum spiritualis vitae impulsum sperare licet ex
adaucta veneratione verbi Dei, quod «manet in aeternum»
(«Is., 40, 8; cf. 1 Pt., 1, 23-25).

Haec omnia et singula, quae in hac constitutione edic-
ta sunt, placuerunt Sacrosancti Concilii Patribus. Et Nos,
Apostolica a Christo Nobis tradita potestate illa, una cum
Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus,
decernimus ac statuimus et quae synodaliter statuta sunt
ad Dei gloriam promulgari jubemus.

Romae, apud S. Petrum, die XVIII mensis novembris
anno MCMLXV.

Ego PAULUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.

**Idazki onetako gai guztiak, banan-banan, Batzar Do-
nearen Gurasoak onartuak izan dira. Eta Guk, Kristo'k
emondako Bidali-almenaz, Guraso agurgarriakaz batera,
Goteunaren argiz, aintzat artu, sendotu ta argitalgarritzat
jotzen doguz. Batzarrean artutako erabagiok, Jaungoikoa-
ren aintzarako, zabal eta agiriko egitea agintzen dogu.**

**Erroma'n, Jondone Petri'renean, 1965-ko zemendiaren
18-garrenean.**

Eleiza Katolikoaren Gotzaiña nazan PAUL.

ERABILLITAKO GAIAK

<u>Izenak</u>	<u>Orrialdeak</u>
Agerpena (osotasuna)	11
Antxiñatea (ta Eleiz-Gurasoak)	17
Antxiñatea (ta Idazteuna)	17
Barri Ona	15
Bidaliak (gizonak)	15
Ebanjelioak (euren egia)	33-35
Eleiz-Batzarrak	5
Eleiz-Gurasoak eta Liturjia	39
Gaizkakunde-agindua	9
Gaizkakunde-asmoak	7
Giza-adimena	13
Gizakunde	9
Goteunaren doaiak	13
Goteunaren eragipena	17
Gotzaiñak	15
Idazteuna (bere egilleak)	23
Idazteuna (idaz-muetak)	25
Idazteuna (ta itzulpenak)	37-39
Idazteuna (ta kristau-irakaspena)	41
Idazteuna ta Liturjia	37
Irakurketa (gogozkoa)	41-43
Irazakiak	13
Itun Zarra (bere mamiña)	29
Itun Zar ta Parria (bat egiñik)	31
Jaungoikoaren ardurapena	9
Jaungoikoaren eskerra	11
Siniñstea (ta Eleizaren irakastea)	19-21

IZTEGIA

Adierazle	<i>Interpres</i>
Agerpen	<i>Revelatio</i>
Antxiñate	<i>Traditio</i>
Berri Ona	<i>Evangelium</i>
Bidali	<i>Apostolus</i>
Birerospen	<i>Redemptio</i>
Gaizkakunde	<i>Salvatio</i>
Gaizkakunde-arazo (asmo)	<i>Oeconomia</i>
Goteun	<i>Spiritus Sanctus</i>
Idazteun	<i>Sacra Scriptura</i>
Irakaslaritza	<i>Magisterium</i>
Irakurketa	<i>Lectio</i>
Irazaki	<i>Creatura</i>
Itun Barri	<i>Novum Testamentum</i>
Itun Zar	<i>Vetus Testamentum</i>